54/05

ut originali inscriptione contentis cedit demittit omne et integrum ius suum sibi ad premissa servientis in personam eius transfert et transfundit Ac introm illi ex nunc per Mlem et Nlem duos quosvis officiose acceptandam dat et admittit

Brzeziny   Advitalitas.

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitaneatus Brascensis personaliter comparens Nlis Christophorus olim Mathis Zaleski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Eidem Nobili Joanni olim Gaspari Mezenski de Brzeziny Advitalitatem et usufructum omnium et singulorum Bonorum suorum mobilium et immobilium in hereditate Brzeziny consistentium sibi recognoscenti per eundem Mezenski modo donatorio Coram actis presentibus inscriptorum Cum omnibus eorundem Bonorum modo quo supra dictorum utilibus eorumque fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis omnibusque commodis et obventionibus et prout se praefata Bona in suis metis et limitibus antiquitus habent et extendunt ad extrema vitae eius tempora inscribit et assecurat Quequidem Bona superius nominata post decessum praefati Joannis Mezenski in memoratum Recognoscentem Nlem Christophorum Zaleski sive eius Successores devolvi debent et debebunt Hac sua Personali Recognitione in premissis mediante.

Roski Wocki   Donatio.

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitaneatus Brascensis personaliter comparens Nlis Simon olim Petri Roskowski de Roski Wocki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Eidem Nli Hieronimo olim Nlis Adami Roskowski de Roski Bienki heredi et eius posteris Bonorum suorum immobilium in hereditate Roski Wocki sitorum in campo ierne duos sulcos a bruzda seu Bruzda ad granitiem Wnukowska eundem intermedio Nlis Joannis et Stanislai Roskowskich iacentium cum prato et omnibus ac singulis eorundem sulcorum utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis necnon cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate titulo hereditario nullis exceptis perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit et resignavit Cui eam ex nunc in dicta Bona realem introm cum actuali ac pacifica possessione per Mlem et Nlem duos quosvis officiose acceptandam dat et admittit Pacem quoque tuitionem et evictionem ab omni impedimento vindicis per omnes Terrestres et Castrenses cauet sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis Et Coram officio presenti peremptoria resignatione absque ulla dillatione motione apellatione diffugio quovis ac exceptione

Pohrziwnicki   Cessio.

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitaneatus Brascensis personaliter comparens Nlis Jacobus olim Bartholomei Grodzki de Ablutowo sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Eidem Generoso Alberto Pohrzywnicki olim Generosi Nicolai Filio et ipsius Successoribus de omni et integro iure suo seu inscriptione certa principaliter per Generosam Eufrozynam Podkliska relictam consortem olim Generosi Jacobi Rudnicki olim Nli Dorothea Wilanowska consorti relicta olim Nlis Erasmi Wyrzykowski super summam ad certam

Florenorum